

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

fratris filium defuncti. non suum uocabit. et nunciet hereditatis successorem. quem suscitauit. Quid si noluit frater suscipere relictam. que sibi debet ex lege. impellabit mulier iudices in porta. et accersito eo. si accipere eam noluerit. mulier coram eis tollet calceamentum de pede eius. et spuet in faciem eius. et dicitur domus eius domus discalceata. obprobrium sempiternum in se habet. Alibi legitur quod quidam ductus erat eam aliter discalceabat illum. scilicet quod iohannes dixit. non suum dignum solue corrigiam calceamenti eius. Quid forte fiebat si postea erat aliter ductus eam. si frater repudiaret eam. Quandoque nullus ductus erat eam. et tunc mulier discalceabat. quoniam si frater non impellente muliere profitebatur iudicibus. se nolle habere eam. et tunc ipse se ipsum discalceabat. Unde alibi legitur quod nolens semen suscitare frater se discalceabat. Item si mulier apprehendit uirum aliter. rixatus cum uiro suo abscedes manum eius. nec flecteris super eam in misericordia aliqua. Item non habebis pondus et pondus mensura. et mensura. id est maioram cum quam emas. et minorem cum qua uendas. hoc enim abhorribile est domino. De prohibitione purtionis rerum diuisi generis.

Addidit quoque moyses de quibusdam si generis purtionibus rerum diuisi generis cauendum dicens. Non serues uincam tuam alio semine. Item si leguminis. ne et sementis quam seuisisti. que nascuntur ex uinea parte seuiscent. ne scilicet una decima. et singulares primitias decimasque de uno agere. cum de utroque fructu separanda sint. Et ne hac occasione. uelles primitiam sementis et uini non dare. quia non simul seuiscent. Nam sementis primo anno. uinea quinto. scilicet seuiscentione altera. forte putares sufficere ad unum agere seuiscentione. Alia littera habet. ne parte suffocetur. quam uidet ioseph uelle. dicens hanc omnium prohibitionem esse. quia dissimilium coniunctione. natura non letat. Item non arabis simul in boue et asino. cui sensum ponit ioseph. bubus scilicet trahit in arandam esse. ut noceat asinum. quolibet alia animalia exclusa intelligantur esse. hebrei tradunt ob hoc dictum esse quia noluit dominus seruum uincam. id est asino regem uimentorum copulari. Quatuor enim quatuor genera animalium ostendit dominus ezechiel. Homo enim rex omnium animalium est. sub quo leo est rex ferarum. aquila rex auium. bos rex uimentorum. Quidam hebrei exponunt puerum. quia scilicet bos ruminat. putaret asinum eum comedere. et fame afficeret. et deficeret. Item non indueris uestitum quod ex lana linocumque contextum est. quia ut dicit ioseph hec uestis solum sacerdotibus erat concessa. hoc usque ad obseruantes uideri. ut nec pelles nec aliquid laneam uestem. non laneo filo seruiant. Tradit quoque

ioseph uincam diuisi generis prohibita commisceri. ne iniuria transiret hec ad homines. ut peccatis commisceri licitum putaret. Quia enim in minoribus prohibita dicit. ne ad maiora per simile fieret accessus. Preceptum de delectatione amalech. et de primitiis frugum offerendis

Precepit et eis dominus ut cum dicerent in terra promissionis. dederunt amalech de sub celo. quia ipse transierat per desertum. propter plurimum nocuerat. scilicet exterminos agnunt. id est fessos et leprosos et semine fluentes eos. scilicet quod non erat fas ingredi castra. interfecerat. Et subdidit dominus huic precepto caue ne obliuiscaris. quod quia transgressus est saul. translatus est regnum ad domum eius. Item cum transieris terram promissionis. tolles decimas fructibus tuis primitias. et ponas in charitallo. uase scilicet uimineo. ibisque ad locum illum quem dominus elegerit. Et facta oblatione stans educto altaris. gratias agens deo coram sacerdote. quia liba ui patris tui iacob asyro eum persequente. scilicet laban qui fuit syrus. et filium eius de egipto. et de diuitiis tuis et tunc etiam fluente lacte et melle. Hoc semel fecit quidam tradit in quibusdam tunc. sed singulis annis tradit ioseph has gratias actiones referendas in xenophegia. immo bis in die. uespere et mane uigil. testificanda ab eis domo dei dicit. Item quando transieris iordanem edificabis altare domino. de lapidibus. quos ferrum non tetigit. et offeres hostias domino. et scribes super lapides omnia uerba legis huius. plane et lucide. Item per enumerationem moyses benedictiones obseruantium legit. et maledictiones transgressorum. in fine maledictionum prophando ait. reducet te dominus classem in egiptum. ibi uendetur hostibus tuis. in seruos et ancillas. et non erit qui emat. quia per multitudinem. In alexandria enim ut dicit ioseph multa milia iudeorum sunt uendita. et uix habuerunt emptores. In hac recapitulatione. ponit ioseph ne uenenum aut mortiferum quod ulli usitatum habeat. et apud quem inuentum fuerit moriatur. hoc patiens quod ille contra quem confectum placuit putaret. Quid tradidit

Moyses deuteronomium leuitis. **xxvii.** Acta recapitulatione tradidit moyses deuteronomium leuitis ut reponeretur in archa domini. ut in vii. anno remissionis legeretur uniuersis utriusque sexus audientibus in die xenophegie. assumo sacerdote in edro ut dicit ioseph. Itemque ait moyses. Scio intentionem uestram. et ciuicem uestram durissimam. ad huc uiuente uobiscum me semper otenciose existis et dominum. quoniam magis cum mortuus fuero.

pm mod.
Ruth fine
p samson.
Jare. i.
Sod. mod.
Ei mod.
Ruth iij.
Sup leuitico
cap. Subtiliter
Sup exodo. cap.
Addidit qd de eorum
Jf ezechiel.
caplo pmo.

Exod. xvij.
i. reg. xv. caplo Te. ant.
Jd de meliorib. et cariorib.
reb. ut Eauru Pangetu. ut
sup dictu e. i tabnaclj com
ff positione.
Gen. xxvj.
Jd Decalogu.
xxviii.
Alit. i archa fedis.
Inf Judith. porro p.